



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

IV. De desponsatione duarum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

*e. 3. h. t.* quid objectum velint, interim compareant & objiciant.

2. *Matrimonium ita contractum an jure nullum?*

*e. 1. § 2.* Non; jure utique canonico seu Decretalium. Nam eo jure matrimonia clandestina, libero consensu contrahentium celebrata, erunt rata & firmata. Multa quidem prohibentur fieri, quæ tamen præterita tenent, nec sunt rescindenda. De jure Canonico; quia novissime Concilio Trid. decrevit, ut aliter, quam præsentis Parocho, vel alio Sacerdote, de ipsius Parocho vel ordinarii licentia, & doctorum vel tribus testibus, contracto matrimonio actus ejusmodi esset nullus & irritus.

*Sess. 24. n. reform.*

*matrim.*

*c. 1. §. qui*

*c. 1. h. t.*

De Desponsatione duarum.

TIT. IV.

1. *Licetne sponsalia contrahere cum duabus?*

**N**ullo modo; v. g. qui sponsalia contraxit cum una & deinde cum altera tenetur adhærere primæ, quia non potest fidem fallere.

2. *Quid si cum una contraxerit sponsalia futuro, & cum alia de presenti vel cum utraque de presenti?*

Quamvis hoc faciendo graviter peccat, debet nihilominus illi adherere, cum qua contraxit de presenti. Et si cum utraque contraxerit de presenti, d. c. 1. adherere debet ei, cum qua primo contraxit: quia, ut dictum supra, sponsalia de presenti ipsum est matrimonium, c. 2. & 3. quod semel contractum dirimi non potest, h. t. Multa est, & secunda desponsatio est ipso jure nulla.

De Conditionibus appofitis.

TIT. V.

Quenam conditiones apponi solent in desponsatione?

RE vel contra substantiam sunt matrimonii, vel alias turpes & impossibiles, vel denique honestæ & licitæ.

1. Quæ dicuntur esse contra substantiam matrimonii?

Quæ vel sunt contra bonum matrimonii seu prolis; veluti si quis dixerit: *Contrabo tecum, si sterilitatem procures, & generationem prolis evites*: vel contra Sacramentum, ut: *Contrabo tecum, donec inveniam ditiozem aut meliorem*, vel contra bonum fidei, ut: *Contrabo tecum si corpore tuo questum facias*. Hæc enim tria